

LEGES ACADEMIÆ VVITTEBERGENSIS, DE STUDIIS ET MORIBUS STUDIOSORUM.

I.

Aproposito πάντων καὶ τελοῦ θρησκείας, inquit Græcus Pater, Hoc subinde cogitent Scholastici nostri, & rerum agendarum principium ac finem Deum faciant, Nec modo sacra publica assiduè ac devote obeant, sed & ubiq; Deum purā ac religiosā mente colant, vereantur, & innocentē ipsi allegent preces, ut adesse probis conatibus, & studia eorum feliciter velit prosperare. Qumq; sobrietas reverā custos pietatis sit, antistita sapientia, alumna doctrinæ, idcirco sobriæ castæq; se gerant, atq; in omni vita innocentiam & laetitiam profiteantur.

II.

Magistratus ac Preceptores suos eā, qvā par est, observantia, honoreq; prosequuntur, iisq; sine murmure, sine contumaciā morem gerant: memores, eos parentum haberi instar; imō supra ipsos parentes ferē esse, ut Alexander existimabat.

III.

Cum civib⁹ placide & tranquillè vitam agitant, ab omnib⁹ rixis, injuriis, convitiis abstinentes. Ut enim ordine inferiores sint, tamen Relp, iis carere non potest. Quid, qvod nihil durius sit, qvā hospiti suo malam gratiam referre,

IV.

Ipsi qvoque amicē placideq; vivant, & velut concinuant inter se, tanquam unius corporis membra. Neq; enim bruta animalia in sui generis bestias fero- cire videmus.

V.

Simul atq; quis venerit in Academiam, nomen suum apud Rectorem in album Studiosorum inscribendum profiteatur, inq; Leges Academicas nisi minor XVII, annis fuerit, iurēt. Qui non fecerit, ei convictus dengabitur & habitatione (neq; enim cuiq; eorum sicut copia, nisi justo documento probaverit, se in Studiosorum numerum ritè cooptatum esse) qvin, si de eo constiterit, Magistratui oppidano, tanquam illegitimus Ciysis, addicetur.

VI.

Vocatus ad Magistratum qui comparere noluerit, vel alligatus arresto, injussu Rectoris discesserit, aut alio qvovis modo ipsi restiterit, ejusve auctoritatem detrectat, sive etiam perjurium fecerit, infamis esto.

VII.

Si quid agendum ad Magistratum, vel totius corporis Scholastici, vel nationis cuiusdam, certè plurium nomine, id paucis delegetur: nam facto agmine ad Rectorem accedere, rectum est.

VIII.

Boatus, illi, clamoresq; Stentorei, atq; nocturnæ grassationes, prorsus in- verdicata sunt. In eo crimen qui deprehensus fuerit, carcere poenam luate-

IX.

Gestare gladios, qvocunq; tempore aut colore id fiat, nefas esto: qui gestaverit, armis excidet, & multā pecuniariā, aut carcere punietur. Praefacte resi- stens relegabitur.

X.

Ignitos globos, qvos raquetas vocant, intra aut prope urbem jaculans, Re- legatione feriatur.

XI.

Qui factiones moliri præsumserit atq; tumultus concitare, qvibus pax & securitas turbatur publica, cum nominis infamia excludatur; vel etiam, pro delicti modo, capitali plectatur poena.

XII.

Ædificiis publicis, ut Arci, Collegiis, Curiaz &c. vim inferre, capitale esto. Privatorum verò qui aedes violat, sive lapidatione fenestrarum, sive foriū efractione, relegateur, vel excludatur.

XIII.

Qui feras perseqvi instituerit, deicereq; aut capere, supremi magistratus animadversionem incurrit.

XIV.

Famosos libellos, & mala carmina spargere, dictis petulantibus amarisq; convitiis sauciare aliorum famam, vitium est. Qui fecerit, relegateur.

XV.

Exagitare novitios, compotations exponere, aut alias qvasvis exactio- nes illicitas in illos usurpare qui ahus fuerit, vel relegateur, vel excludatur.

XVI.

Dimationes omnes atq; duella vetita sunt. Qui provocaverit alterum, is altero tantò majore poenā puniatur. Utriq; autem, & qui provoca- verit & qui steterit, Relegationis poena irrogetur.

XVII.

Bacchanalia, & personatas pompas, in paganorum morem celebrare, sub Relegationis poena vetitum esto.

XVIII.

Nemo in Albi lavet, aut natationes instituat: qui fecerit, poenā arbitriariā punietur.

XIX.

Nemo depopulet hortos agrosq; ac olera, poma aut alios fructus a- movens: qui fecerit, satis gravi poenā subjicietur.

XX.

Nuptiarum solennibus si quis intersit, vereundè, honestè & graviter se gerat, procul omni lasciviā & peculatiā: cui tūm alibi, tūm in choreis præ- pue esse locus potest.

XXI.

Vestis & cultus honestus sit & decens, citraq; luxuriam, & levitatem.

XXII.

A faciendis temerē nominibus, quantum potest fieri, sibi sedulō caveant Scholastici; ea verò, qvæ honestē contraxerint debita, bonā fide solvant.

XXIII.

In solvendis debitibus, eorum imprimis rationem habeant, qvæ pro victu debentur. Si illa scilicet necessitate aliquā contracta fuerint, Alias enim singu- lis septimanis teneantur solvere, qvod pro victu debuerint.

XXIV.

Si supellestilem cujuspiam Creditor arresto detineat, nec debitor intra anni spaciū satisfaciat, distrahere eam & vendere creditorū licitum esto.

XXV.

Compotationes ultra nonam hyberno anni tempore, aestivo, ultra decimam, ne producantur. Post illud tempus nemini aut præbeantur pocula, aut ædes, qyas habitat, pateant.

XXVI.

Si qui hue veniunt, qui per aetas rationem, nec Studiorum ordinem in- telligunt, nec sece potes sunt regere, illi de Magistro aut Inspectore sibi prospic- ciant. Namis enim flexilis illa ætas est, & naturæ communis vitio semper pro- clivior in pejora.

XXVII.

Cæterū subinde recordetur qvisq; cur huc missus sit; videlicet ne tem- pō inertiā transigat, sed ut bonarum literarum doctrinæq; utilis instrumentum sibi comparet. Idcirco in eam rem omnes ingenii atq; industriæ nervos seriō ac semper intendat.

XXVIII.

Declamationes & Disputationes (qvārum Exercitia omnibus seriō com- mendata volumus) sine consensu tūm Rectoris atq; Decani, (ejus qvidem fa- cultatis, ad qvā scriptum illud pertinet) tum Professoris, ad qvem argumen- tum spectat, publicè nunquam instituantur.

XXIX.

Sed nec typis publicis committetur qvīcqvam, sive id prosa, sive versā oratione conditum sit, nisi id ante Professor ordinarius, cui propriè competit censuram ferre de illo scripto, probaverit permiseritq; ve.

XXX.

Corporis exercitia deniq; qvod attinet, ea honesta sint, & ita comparata, ut nullum inde sanitati detrimentum accedit. Præcipue verò modus in illis adhibendus est, qvæ mērētū debent esse. Qvocirca, nullæ un- qvam palæstræ sive armorum, sive saltationum vel aliarum hujusmodi rerum aut aperiantur, aut frequententur, nisi magistratus Academicus consenserit, & qvendam veluti ordinem iis præscriperit ac modum.

F I N I S.

*Speculator adstat desuper,
Qui nos diebus omnibus
Actusq; nostros prospicit
A luce primâ in vesperam.
Hic testis, hic est arbiter,
Hic intuetur, qvīcqvī est,
Humana quod mens concipit;
Hunc nemo fallit Judicem.*

Juramentum præstandum iis, qui matriculæ Academiæ Wittebergensis sua dant nomina, inq;e numerum Studiosorum recipiuntur.

Ego N. N. juro;

Qvod tibi hujus semestris Rectori, & omnibus, qui successuri sunt, Rectori- bus, in omnibus rebus, qvibus possum ac debeo, qvamdiu discendi causā in hac Academia versaturus sum, obedientiam præstare velim.

Secundō, toto illo tempore, leges & statuta Academiæ, tām ea, qvæ jam sancita sunt, qvām qvæ deinceps legitimè promulgabuntur, studiosè servabo.

Tertiō, qvā inquiā affectus fuero, neq; ipse, neq; per alium qvemcunq; ulciscar meipsum, sed Rectoris auxiliū implorabo, & justè perseqvar jūs meum.

Quartō ex arresto, si qvod Rector mihi denunciaverit, neq; ipse discedam, neq; res meas amovebo.

Quintō, si contingat, ut propter aliquod delictum meum (qvod avertat DEUS) vel relegationis, vel exclusionis poenā afficiat, constituto die ex urbe discedam.

Sextō, ejurato omni Pennalismo, nulli addictus Nationali sectæ, neq; subibo, neq; imponam illegitimas servitutes, qvocunq; nomine etiam istæ veniant.

Septimō, Honestā, & literario ordini convenientē veste, sine symbolico discrimine utar.

Octavō, Decenti dignitate concives meos, tām veteranos qvām novitios, habeo: nec qvēq; ex juniorum numero contemptui, aut ludibrio ex- ponam.

IT A M E D E U S A D J U V E T !